Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9146
Copyright: Melk, Benediktinerstift



auditis cecidit ad pedes eius dicens. Mi domne
quia pterita passio suo me pondere tabefecit.
uires absorbuit uaitudo contraria mem-
brorum officia egritudine resoluta. da mi-
hi uel septem dierum inducias. ut aliquatenus
uirium detrimenta recuperem. et sic tuis possim
applicari conspectibus; Qua peticione dum
rex pie susciperet. ad palicium remeauit.
illa in priuato commorante cubiculo;
Fiebat autem utroque in loco ingens apparatus
letitiae ammirantibus multis cuncta diu di-
uisi conuiuio. distulissent conubia; Trans-
actis interea VII diebus; circa matutinum offi-
cium puella cum duobus uiris totidemque puellis
ecclam beati stephani pro martyris introiuit.
Et seceden post ianua templi exuit se uestimentis
regalibus; et habitum proposito sanctioris assumpsit
nescientibus; hoc uiris qui parum cum illa adue-
nerit; Deposito quoque terrenae dignitatis amictu
scimonie nitore cum quodam suo secuta contem-
tu. accessit ad altare. in facie prouens. dnm stu-
diosius adorauit. ac deinde cum se erigeret.
cornu conprehendit altaris. Et huiuscemodi
uoces emisit. Beate stephane qui sanguine
tuo testimonium xpo phibuisti. deprecationem
meam tuis meritis dno commendata. ut tua